



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Odor ex eius sepulchro iucundè spirat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

*Odor ex eius sepulchro iucundè spirat.*

**M**Vlier quædam clarissimis natalibus, abundans pietate magis, quàm diuitijs, vna ex his, quæ Templum nostrum frequentant: hæc vbi inter initia obitus Philippi propter eius sepulchrum oraret, odorem inde confestim suauiter, iucundèque spirantem sensit, quo mirificè recreata, cum secum ipsa cogitaret, vnde is manare posset, comperit tãdem stupore attonita (quòd nullus ibi flos erat, nullaque res, quæt tanto halaret odore) è Philippi corpore nullis vnguentis delibuto, aut balsamo condito effluere. Erat suauitas odorum, qui afflantur è floribus, rosis, violis, & id genus alijs: verùm, quæ hanc rē iurata narravit, Iulia Ursina fuit, femina sublimium appetens: noua Paula videbatur, tanta flagrans charitate in pauperes, vt eos sibi tuendos susceperit, vel cum periculo valetudinis:

*Ex Sancto-  
rum corpo-  
ribus, atq;  
sepulcris  
mirã fre-  
quenter o-  
doris iucun-  
ditatem  
emanare  
solitã gra-  
uissimi au-  
ctores me-  
moria præ-  
didere. Vi-  
deat lector  
S. Hiero-  
nymum in  
Hilarione,  
Angradũ  
monachũ  
apud Sur-  
tom. 1. in S.  
Ansberto  
Episcopo,  
Isonẽ mo-  
nachum  
in S. Oth-  
maro lib. 2  
c. 6. apud  
Surium  
tom. 6.*

Vitalib. 3.

Ee 2

eos

*Egiluardū  
in S. Bur-  
chardo E-  
piscopo lib.  
2. c. 2. Hil-  
degardē in  
Disibodo  
Episc. apud  
eundem  
Sur. tom 4  
Osbertū in  
Dūstano.  
Theodori  
cum in S.  
Dominico  
lib. 5. c. 6  
Ioannem  
Papā hoc  
nomine Vi-  
gesimum  
secundum  
in literis  
canoniz-  
ationis S.  
Thoma A-  
quinatis  
Ioannem  
Brugma-  
num in S.  
Lyduinge  
p. 3. c. 12. de  
alijs Sactis  
Suis idem  
etiā frequē-  
ter inue-  
nies.*

eos illa progressus in spiritu fecerat, ut mirabilis omnibus appareret: hæc tandem vocata à sponso supremum diem expleuit mense Septēbri, anno millesimo quingentesimo nonagesimo octauo. sed hæc summatim, raptimque de tanta femina enarrasse, etsi historiæ satis est, animo non est satis. quid aliud? quid quæso effusi odoris suauitas indicauit, nisi illud corpus ab omni turpitudine, & corruptela dum viueret, abhorruisse?

Hoc vero non silendum, Philippi obitum, qui tribus ante contigerat diebus, cum vir quidam præstanti nobilitate in ipso Beati viri cubiculo insolabiliter lamētaretur iam nondum quadrans horæ abierat, cum ingenti se lætitia perfundi sensit: quamobrem ex magno luctu in magnum gaudium versus alacer inde, lætusque discessit.

Idem vir cum magnis premeretur curis, quòd rem nescio quā per-

magnā

magnam, ac maximi consilij, quam agebat, conficere non poterat, Philippi sepulchrum adiit, pectus monumento admouit: nec frustra; eam enim intus vim caloris, eosque affectus sentire cœpit, quos ex amplexibus Beati Patris, cum ille viueret, percipiebat, à membris omnibus sudoris copia manante: neque hic stetit res: omni illa formidine specitius liberatur, reique exitus qui optabatur, contigit.

Nec desunt ex externis, qui ex eo solùm quòd eius sepulchrum inuisunt, insolita quadam lætitia, ac voluptate afficiantur, fluentibus lacrymis non tristitiæ indicibus, sed pietatis.

*Claudium Nerium ex pedibus, renibusque laborantem sanat.*

**C**laudius Nerius aliquo post Beati viri obitum spatio temporis ex renibus, seu ex lateribus ad dextrum latus grauissimè duos iam

*Rem totam  
Claudius  
eiusque con-  
sux & filij  
publico te-*

Vitæ lib. 3.

Ee 3

men-